



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1525. usque ad annum 1529

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1769

VD18 90118480

§. 60. Religionis mutatio in Suecia.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66472](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66472)

§. LX.

Sæc. XVI.
A.C. 1527.

Religionis mutatio in Suecia.

In Suecia Gustavus Rex novis Lutheri *Luccenius l. 6 rer. Suev. Joa. Magn. hist. Suec. l. 24. Flor. Raym. l. c. l. 4. c. 15.*
 opinionibus delusus, totus in eo erat, ut suos quoque subditos eidem, in quam prior se præcipitem egit, ruinæ involveret. Unde Olai Petri, qui Lutheri affecta erat, suggestionibus stimu-
 latus, Episcopos in fide constantes e Regno expulit, ex tribus duas decimarum partes ad alendum exercitum Ecclesiis abstulit, atque argentea templorum vasa ad solvendum æs alienum, quo Regnum gravabatur, impendit. Præterea Episcopos vi compulit, ut ei arces Ecclesiæ proprias cederent, Nobilibus vero concessit, ut bona, quæ Majores eorum oppignoraverant, ab Ecclesiasticis soluto pignoris pretio repetere possent; hanc legem Episcopi, paucissimis exceptis, ipsimet consensu sua firmabant.

§. LXI.

Depressa Episcoporum auctoritas.

Cum vero Cleri ac præcipue Præsulum, insuperhabitis hisce vexationibus, ingens adhuc esset auctoritas, Rex eos, ut impiis ejusmodi consiliis